In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum omnes artes mechanicorum providende sint ut omnibus suspectis et
falsis laboribus omnino careant, prout in libris legum experimus. Multociens quod invenimus in hominibus ut unus alium
indicat scripta aut indicare ignorat, et quod alteri impossibile estimat sibi ipsi possibile opinari non formidat. Unde impe-
ratores Reges principes et magnates videntes quod homo raro invenitur qui se solum agnoverit, invenerunt modum in collec-
cione populi ut in Civitatibus et Opidis seniores statuerent, videlicet Advocatos Consules et Iuratos qui eorum sagaci
industria alios regerent et viam probarent equitatis, quos non tantum ad tales dignitates simpliciter instituerunt sed aggra-
vantes consciencias eorum cum iudiciis racionabilibus qui tamquam caput loco principis cuiuslibet inter homines sunt
constituti et in omnibus artibus et fraternitatibus mechanicorum debent esse puri et discreti, ut iusticia crescat suppressa
omni prorsus falsitate. Proinde Nos Spitko de Tarnow dux de Iaroslawiecz. Videntes quod favente deo in Opidum
nostrum Przeworsko diversi ac copiosius populus affluerent inter quos mechanici non pauci moram trahentes et
presertim pelliffices qui Nos instantissime petiverunt quod eis et Arti eorum secundum consuetudinem aliarum Civitatum
fraternitatem dare et conferre dignaremur. Cum quidem pelliffices nobis promiserint equam iusticiam in omnibus fideliter exhibe-
re obedienciam quod nobis ac nostris Successoribus et Civitati nostre firmam tenere et inviolatam. Ad quorum peticiones non
per errorem aut aliquam sinistram seduccionem, sed bene deliberati volentes eosdem pelliffices nostros Przeworzscich favo-
rabilibus et graciis nostris specialibus consolari. Eisdem pro Arte ipsorum eandem fraternitatem in omnibus Iustis et honestis clau-
sulis et Articulis prout et in aliis Civitatibus Regalibus alii pelliffices iuxta habere sunt confecti, et que non tangunt vel
iura et Commodum dicti Opidi nostri, damus roboramus et confirmamus temporibus eternis servandam. Nec tamen fraternitas
tamdiu durabit quousque in aliis Civitatibus Regalibus alie fraternitates non violabuntur. In cuius rei testimonium Sigillum
nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum et datum in Borligina proxima ante festum Beate Marie Magdalene
Sub Anno domini Millesimo Quadringentesimo Vigesimo Nono. Presentibus hiis Nobilibus Iohanne Moravus alias Kasziza
Iwasko de [illegible] ... Nicolao Advocato de

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nam omnes Artes Mechanicorum providende sunt, ut omnibus suspectis et
falsis laboribus omnino careant, prout in libris legum experimus. Multociens quod invenimus in hominibus ut quivis alium
iudicat scripturam aut iudicare ignorat, et quod alteri impossibile estimat sibi ipsi possibile opinari non formidat. Unde Impe-
ratores Reges principes et Magnati videntes quod homo raro invenitur qui se solum arguerit, Invenerunt modum in collec-
cione populi ut in Civitatibus et Opidis seniores statuerent videlicet Advocatos Consules et Iuratos qui eorum sagaci
industria alios regerent et viam probarent equitatis, quos non tantum ad tales dignitates simpliciter instituerunt sed aggra-
vantes consciencias eorum cum Iuramentis racionabilibus qui tanquam caput loco principis cuiuslibet inter homines sunt
constituti et in omnibus artibus et fraternitatibus Mechanicorum debent esse puri et discreti, ut iusticia crescat suppressa
omni prorsus falsitate. Proinde Nos Spytko de Tarnow dominus quoque Jaroslawiensis. Videntes quod favente deo in Opidum
nostrum Przeworsko diversis ac copiosus populus affluerit, inter quos Mechanici non pauci moram trahentes et
presertim pellifices qui nos instantissime petiverunt ut eis et Arti eorum secundum consuetudinem aliarum Civitatum
fraternitatem dare et conferre dignaremur. Nam quod pellifices nobis promiserunt equam iusticiam in omnibus fideliter exhibe-
re, obedienciam quoque nobis ac nostris Successoribus et Civitati nostre firmam tenere et inviolatam. Ad quorum peticiones non
per errorem nec aliquam sinistram seduccionem, sed bona deliberacione volentes eosdem pellifices nostros Przeworsczy favo-
ribus et graciis nostris specialibus consolari. Eisdem pro Arte eorum eandem fraternitatem in omnibus Iustis et honestis clau-
sulis et Articulis prout et in aliis Civitatibus Regalibus alii pellifices iuste habere sunt consueti, et que non tangunt nec
iura et Civium dicti Opidi nostri, damus roboramus et confirmamus temporibus eternis servandam. Nec tamen fraternitas
tandem durabit quousque in aliis Civitatibus Regalibus alie fraternitates non violabuntur. In cuius rei testimonium Sigillum
nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum et datum in Berlighina proxima feria quarta ante festum Beate Marie Magdalene
Sub Anno domini Millesimo Quadringentesimo Vicesimo Nono. Presentibus hiis Nobilibus Johanne Morawiec alias Rasiczka
Jaroslao de Strothniky Miroslio Sculteto de Ostrow Abramkone de Rozki Johanne de Krolowicz Niclone Advocato de
Thizyn et Johanne de Possadow plebano nostro Notario et aliis Nobilibus quampluribus fidedignis

R. 1429

[illegible]